

P R Æ F A T I O

menti est hæc ipsa criminalis, quam vo-  
cant, doctrina, utpote in qua non agitur  
de stillicidio, de glande legenda, de  
calce fodienda, neque de tritico aut oleo  
legato, sed ostenditur, quomodo de vi-  
ta, sanguine, fama & existimatione,  
nec non de fortunis hominum rectè sit  
judicandum, & quâ ratione in verita-  
tem delictorum legitimè inquirere oporteat;  
ita eò majori etiam fervore atque  
alacritate ab Auditoribus tunc tempo-  
ris non solum calamò sunt exceptæ, sed  
etiam ab aliis postmodum non sine sum-  
tu & labore ingenti toties quoties descri-  
ptæ. Cum autem non omnia, sed præ-  
cipua saltem eò tempore ad calamum di-  
ctata, reliqua verò per discursum solum-  
modò tradita fuerunt, atque ideò non  
satis ex voto apprehendi, multò minus  
char-